JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Tenor carte repliacionis

Contra quandam excepcionem pro parte domini Pr. et
con. dominum Joh. actor. oblatam procurator dicti
domini Joh. replicando proponit et dicit Quod huiusmodi
exceptio si sic dici meretur est frivola fru-
stratoria iuri obvia et contraria racioni
Nam excipiens dicit quod litera producta
nullam facit fidem ex quo facit mencionem
de aliis litteris que sigillis veris caret
quod non est falsum Quia in dicta litera apparet
Sigillum Reverendi in xpo patris et domini domini
Joh. Pragen. Epi que per eundem Epm
propter vetustatem dictarum literarum et sigillorum
est transsumpta et auctoritate auctoritate ordinaria
cum descripcione sigillorum vetustorum quod facit
fidem ubique et in omni iudicio de fi. inst.
c. i et ii. Item dicit excipiens quod predicta
nullam facit mencionem de duobus mansis
super quibus questio est quod est falsum nec
obstat quia quod evidenter facit mencionem
de vii mansis in allodio tali et sufficienter
est probatum per testes pro parte sua productos